


Bibliothèque numérique

medic@

Chopart, François - candidat /
Ferrand, Jean-Baptiste-Guillaume -
président. - De laesionibus capitis per
ictus percussos, quos resonitus
vocant

1770.

*Paris : Typis P. AL. Le Prieur,
Regii Chirurgorum Collegii
Typographi,
Cote : ms 2343, n°34*



CLARISSIMO ET NOBILI VIRO
 DD. GERMANO PICHULT
 DE LA MARTINIERE,
 REGII SANCTI MICHAELIS ORDINIS
 EQUITI TORQUATO,
 CONSILIARIO REGIS AC CHIRURGO PRIMARIO,
 ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGICÆ PRÆSIDE PERPETUO, &c. &c.

Ll





CLARISSIMO ET NOBILI VIRO
 DD. GERMANO RICHAU
 DE LA MARTINIERE,
 REGII SANCTI MICHAELIS ORDINIS
 EGUITI TORQUATO,
 CONSILIARIO REGIS AC CHIRURGO PRIMARIO,
 ACADEMIE REGIAE CHIRURGICAE PRÆSIDI PERPETUO, &c. &c.

L

ILLUSTRI, SPECTATISSIMOQUE VIRO
D. D. GERMANO PICHAULT
DE LA MARTINIERE,
REGII SANCTI MICHAELIS ORDINIS
EQUITI TORQUATO,
CONSILIARIO REGIS AC CHIRURGO PRIMARIO,
ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGIÆ PRÆSIDI PERPETUO, &c. &c.
IN ÆTERNUM REVERENTIS ET GRATI ANIMI,
PRO COLLATIS IN UNIVERSAM GALLIARUM CHIRURGIAM BENEFICIIS,
MONUMENTUM,

HOS QUALESUMQUE LABORUM SUORUM FRUCTUS

AD MAGISTERII LAUREAM ACCEDENS

OFFERT, DICAT ET VOVET,

OBSEQUENTISSIMUS

Franciscus Juveture, Interf. T. CHOPART,

REGII CHIRURGICÆ COLLEGII CANDIDATUS.

SOLET evenire , ut alterâ parte fuerit ictus , & os alterâ fiderit. Itaque si graviter aliquis percussus est , si mala indicia subsecuta sunt , neque eâ parte quâ cutis discussa est , rima reperitur ; non incommodum est parte alterâ considerare , nûm quis locus mollior sit & tumeat , eumque aperire ; si quidem ibi fissum os reperietur : nec tamen magno negotio cutis sanescit , etiamsi frustrâ defecta est. Rarò sed aliquando tamen evenit , ut os quidem totum integrum maneat , intùs verò ex ictu vena aliqua in cerebri membranâ rupta aliquid sanguinis mittat , isque ibi concretus magnos dolores moveat , oculos quibusdam obcæcet. Celsus , Lib. 8 , cap. 4.



D E

LÆSIONIBUS CAPITIS
PER ICTUS REPERCUSSOS,
QUOS RESONITUS VOCANT.

THESES
ANATOMICO - CHIRURGICÆ.

I.

LÆSIO Capiti alio in loco. quàm in percusso ab ictu illata nuncupatur græcè ἀνέκχημα, latinè ictus repersus, gallicè contrecoup. Infortunii, calamitatis que nomine Hippocrati venit hoc morbi genus, quia si hoc passus est homo, non est quidd ex ipso exquirere possis, an passus sit hoc malum, neque quâ parte.

A

ICTUS REPERCUSSIO vel ossa cranii, vel partes contentas, vel has & illa simul afficit. In cranio *contrafissura* dicitur; in encephalo nomen *ictus reperculsi* retinet. Contrafissura pluribus in locis accidere potest; 1.^o in osse colliso, sed non in ipsâ collisâ partē (a); 2.^o in osse vicino, ut, si osse bregmatis ictu finditur temporale vel coronale, vel occipitale (b); 3.^o in osse colliso & in quovis altero; unde duplex contrafissura (c); 4.^o in loco diametraliter opposito, ut, dum osse frontis percusso finditur occipitale (d); 5.^o in unâ calvariae tabulâ, alterâ integrâ remanente (e); 6.^o in meditullio diploico, salvis tabulis (f). Cranio læso vel illaeso, sæpè fit

(a) Homini fuisse percusso in fronte propè supercilium dextrum & inde mortuo, nihil erat in loco vulneris mutatum in osse; sed in oculi dextrâ orbitâ contrafissura apparebat sesqui-pollicaris longitudinis versus sellam turcicam tendens. Bohnius, de Renun. vuln. p. 142. Lege etiam observat. Cl. Morgagni in opere de sedibus & causis morborum per Anatomiam indagatis, Epist. LI, art. 49.

(b) Vide tertiam Stoeschii historiam in dissertat. de resonitu experientiâ probato.

(c) Leg. Observat. Clarif. M. Goursaut, infra parag. 3.^o notandam.

(d) Homini lapidis ictu valida contusio cum tumore & parvo vulnere in bregmatis osse dextro facta fuerat: dilatato vulnere os subiectum apparuit integrum; & vulneratus periit 21.^o die post inflictum vulnus. Serrâ resecto cranio, apparuit oppositi lateris bregmatis os fissum fuisse. Paræus, Lib. 10, cap. 8: Leg. observ. Morgag. de sed. epist. LI, art. 39.

(e) Nobili viro caput casside armatum globo plumbeo ita percutitur, ut ferreum illud capitis tegumentum introprematur. Sexto die moritur apoplecticus. In cadavere apparet calvariae tabulam internam, externa licet integra, in fragmenta dissiluisse. Paræus eodem loco. Vid. obs. Morg. loco jam cit. art. XI; observ. Platneri, inst. Chir. p. 334; obs. Tulp. Lib. 1, cap. 2.

(f) Huc accedit, quod notat Morgagnus ubi sic ait: accidit aliquandò ab ictu valido obtusi corporis, ut prius illasâ utrâque calvariae tabulâ, illasisque subiectarum meningum vasis, vascula quæ inter eas tabulas medullæ subserviunt, rumpantur & sanguinem fundant, qui procedente tempore corruptus, eoque acrior factus, quò succus medullofus admisceatur, internam tabulam carie afficiat, hominique nihil ejusmodi timenti intrò defluens meninges vitiet, necemque afferat. De sed. Epist. LII, art. 37. Lege observ. art. 38; alteram Pohl. in Eph. N. C. vol. 1, p. 384; alteram Bohnii de renun. vuln. p. 136. Ex modò referendis de contrafissurarum mechanicâ deduci poterit ratio,

3

encephalum concuti : quæ quidem concussio , sive levis , sive gravis , motum fluidi nervei perturbat. Pro diverso autem gradu suborietur vel ruptura quorundam ex vasis tum pia meningi tum encephalo interspersis ; vel inflammatio , suppuratio quovis in loco sive membranarum , sive etiam encephali ; vel &c. Ex dictis pronum est colligere , quid statuas de simultanæ læsionis tum continentium , tum contentorum differentiâ. Ecquis enim inficias ibit , os findi posse in uno loco , & in alio inter crassam tenuemque meningem vel in ipso encephalo rumpi vasa , humores extravasari , &c?

I I I.

ICTUS repercussus , cujus causæ semper sunt externæ , triplici in casu locum habet : in 1^o caput quiescit , corpus lædens movetur : in 2^o caput movetur , corpus quiescit : in 3^o utrumque movetur. Ut autem eveniat contrahissura : necesse est 1^o ut hujus sit flexilitatis pars percussa , quæ figuræ mutationem permittat : 2^o ut superficiei capitis pars percutiatur a corpore collidente cum motu vi inertie cranii superiore , vel a colliso cum renixu idoneo : 3^o ut conflictus exeratur per densitatem & molem moli capitis proportionatam : 4^o &c. Nunc de mechanicâ ratione quâ fit contrahissura non nihil delibandum est.

QUANDOQUE accidit vas sphæricum vel vitreum , vel fictile , ictu inflicto , aliis sæpè in partibus percussâ crassioribus continui solutionem pati. Quod sic mechanicè explicatur.

quâ fit medullii diploici vel ruptura vel contusio ; unde suppuratio & alia mala sequuntur. In antecessum tamen hæc præmittimus. Quoties corpus sphæricum , ex duabus tabulis medullium minus densum interceptibus constatum , alicubi complanatur ; toties accidere debet utramque tabulam ab invicem amoveri ; si quidem utriusque fibræ e concentricis & inæqualibus æquales esse nituntur. Hinc contingit medullium , modò sit capax extensionis , extendi ; aut etiam findi , si medium cohesionis extensioni non obsequitur. Excipiatur tamen pars percussa in quâ tabula externa ad internam prius admovetur , quàm corpus figuram mutaverit ; intereaddû in parte percussæ adversâ utraque tabula ab invicem amovetur. Quoties autem idem corpus alicubi magis incurvatur , toties contrarium evenit ; & inde medullii compressio aut etiam contusio.

A ij

CORPUS sphaericum, cavum, elasticum, frangibile & quâdam crassitie donatum, quâcumque in parte percutiatur, e sphaerico fit sphaeroidale. Pars enim percussa complanatur, ad centrum accedit, nititurque partes circumjectas a centro remove: cui quidem impulsui centrifugo in rem gerere non possunt hæ partes, quin gradatim retrahant omnia puncta quæ ipsis continua sunt. Hinc portiones sphaericæ, tùm percussæ, tùm huic diametraliter adversa, accedunt ad centrum, dùm reliquæ omnes ab eodem centro recedunt. Tunc porrò puncta faciei exterioris utriusque portionis & percussæ & oppositæ admoventur ad invicem, intereadum in facie interiori amoveantur. Unde consequens est, fieri continuitatis solutionem quâ indiscriminatim in parte, sive debiliori sive crassiori, elementa hujus-ce corporis majorem amotionem patiuntur, & coagulum terreas partes inter se agglutinans non est sat ductile, ut erectioni vel amotioni obsequatur. In laminâ quidem interiore prius fiet fissura; dein in exteriori, ubi inter utramque nihil meditullii jacebit; aut si quid jacuerit, utriusque laminæ fissura a diverso motûs communicati gradu & arcuum erectione omninò pendebit. In aliis partibus phænomena contrariè contingent.

Hæc cranio applicentur. Cranium sphaeroidis abnormis, latioris in occipite, arctioris in fronte, suprâ, infrâ, antrosum & lateraliter depressi formam æmulatur, & suâ qualicumque gaudet elasticitate. Ossibus octo conflatur, magnitudine, figurâ, situ, densitate & crassitie diversis, ex quibus pixis dura ac solida coalescit, quæ tanquàm galea encephalum ab injuriis exterioribus defendit. Natura in calvariæ osteogenesi non semper sibi constat. Sæpè sapius quod debilius apparet in hoc cranio, in illo valentius extat. Attamen hoc plerumque accidit, quædam esse loca cranii infirmiora, nempe quatuor cavitates occipitis, mediam partem laminæ squamosæ ossis petrosi, &c.; quædam verò valentiora, nimirum mediam occipitis & parietalium partem, os petrosum, &c. Jam verò constat cranium frangibile esse: partes enim ossium elementares quæ ad certum gradum distrahi se sinunt, si ultrâ protendatur nisus, brevissimo temporis tractu discedunt, continuique solutio subsequitur. His positis, ex ictu calvariæ inflicto

5

effectus suprâdictis haud multum abfimiles consequentur. Hinc singularum & omnium contrafissurarum rationes mechanicas minori labore depromere dabitur.

QUOD ad concussionem encephali pertinet ; triplici in casu suprâ recensito , aut nulla cranio accidit figuræ mutatio ; aut si qua accidit , levis est admodum & exigua. In 1^o casu corpus collidens totali subitoque motu cranium propellit : interea encephalus , vi inertiae renitens , a parte cranii percussâ ipse percutitur , & quo icitur loco quamdam complanationem patitur , dum altera pars encephali compressæ opposita rarefit & intumet versus spatiolum a cranio juxta ictûs directionem tendente ibidem derelictum. In 2^o casu corpus collisum totalem cranii motum subito sistit vel absorbet ; encephalus verò non statim in conflictu motum suum amittit , cranium proinde percutit in parte collisioni respondente ; ex quâ percussione effectus suprâ dicti consequuntur. In 3^o casu iidem effectus locum habent , sed mixtâ ratione mechanicâ. Hinc frequentius triplici in casu accidit ruptura valorum piæ meningis & encephali in loco collisioni directè opposito , quàm in percusso ; & vice versâ frequentius inflammatio & suppuratio in parte collisâ quàm in alterâ (g).

(g) Plurimis observationibus innititur hæc positio. Vir in partem capitis sinistram vulneratur. Tota sinistra corporis pars immobilis jacet. Ad tertium usque diem sic vivens , fato cessit. Temporalis sinistro musculo suberat calvariae fissura ; cui tamen nulla intus quæ sub sensum caderet læsio respondebat ; sed in parte huic oppositâ inter crassam tenuemque meningem effusus erat sanguis ad uncias circiter tres , ut *hemiplexiam sinistri lateris ipse faceret*. Morgagnus de sed. Epist. LI, art. 42.

Secundo capite mulieris quam humi retrorsum prostraverat curus , vidit M. Gourfaut , hujusce Collegii Chirurgus peritissimus , unam fissuram in osse occipitis & alteram majorem in parte mastoideâ & squamosâ ossis temporalis. Nihil sanguinis sub fissuris effusi ; sed in loco ictui directè opposito inter piam matrem & partem cerebri anteriorem non parum sanguinis effusi animadversum est. *Recueil d'Observations d'Anatomie & de Chirurgie pour servir de base à la théorie des lésions de la tête par contre coup. A Paris chez Cavelier.*

Mulier , repleto ventriculo ab ingestis , inter vomitum in externum orbitæ sinistræ angulum præceps ruit. Fit subito omnis expers cognitionis & in sinistrâ corporis parte resolvitur. Non levis adest in parte percussâ contusio. Postero die ad latus capitis dextrum in quod non-nihil reclinabat , dextram identidem defert. Ut caput aptius exploretur ,

CONTRAFISSURA, ut simplex cranii fissura quam non indicant signa sensilia, haberi debet. Ipsa per se nihil infert damni aut primarii accidentis: quidquid mali ex eâ accidit, id omne producant liquores e ruptis vasis effusi. Tunc diagnosi clarior patet. Vel enim sub cranio penitus effundantur liquida, vel favente continui solutione in osse, extrâ cranium partim effluunt, & tumorem tactui sensilem constant. In hoc ce casu morbi sedem detegere Chirurgus datur. At verò cum nec tumor, nec cavitas, nec ulla depressio in

e resupino in rectum situm cubili sedens erigitur; deinde priorem in statum restituta statim interit. Sub cranio illæso in parte ictui diametraliter adversâ non modica sanguinis copia inter utramque meningem effusi reperitur. Cujus observationis me participem fecit D. Martin, Nosocomii generalis Parisiensis in domo *La Salpêtrière* dictâ Chirurgus præcipuus.

Adolescens in sinistro bregmate vulnus recipit. Circâ diem vigesimam februit febre assiduâ cum rigore, &c. paulò post expiravit. Os integrum omnisque injuriæ expers invenit Botallus, & cerebrum vidit sub loco vulneris ex parte liquatum & in pus versum. Bonet. sep. ana. cap. 18.

Quendam vidit Marchettis parte mediâ bregmatis leviter vulneratum. Septimâ die illum invasit rigor insignis cum concussionione totius corporis. Post mortem sub vulnere inter duram & piam meningem maxima puris copia deprehensa fuit. Nulla rima in osse fuit adnotata. Observ. 14.

Adolescens coniecto lapide percutitur in sinistra sincipitis parte. Undecimâ die se prodidit febris cum frigore & vomitu. Subsecuti sunt motus convulsivi, aponia, surditas, cæcitas, & decimo-quarto die mors. Cranium erat illæsum, & tamen in loco vulnere subiecto inter crassam & piam meningem inventum est pus concoctum. Morgagni. de sedib. Epist. LI, art. 2.

His & quàm pluribus aliis exemplis quæ præ manibus habemus, abundè constat demonstrata veritas nostri hujus-ce theorematismis quod peritorum judicio subicimus: quoties ipso concussionis momento quorundam e piæ meningis encephali-ve vasculis ruptura fit, hæc semper in parte quæ percussæ diametraliter opponitur, ruptura contingit: contra verò quoties ipso concussionis momento, quarundam tenuis meningis encephali-ve partium inflammationi, unde puris effusio secutura est, ansa datur, hæc inflammatio & suppuratio semper partem percussæ subjectam infestat.

capitis superficie percipitur ⁷ (h) ; ubinam jaceat morbus, ex
infra dicendis utcumque dijudicari poterit.

V.

COMMOTIONEM, quæ nunquam nisi ipso momento percussione accidit, indicant vertigo, stupor, animi deliquium, vulnerati lapsus, motus & sensuum abolitio, dejectiones involuntariæ, bilis vomitus, vocis amissio, pulsus debilitas & instantanea quondam cessatio, sanguinis effluxus per nares, aures & oculos. Quæ quidem omnia a sanguinis & fluidi nervei circuitu perturbato consequuntur : pro commotionis gradu eodem tempore plura ex iis pauciora-ve concurrunt, & majus minus ve periculum important. Tempore quodam elapso plurima decedunt symptomata ; vehementius pulsant arteriæ ; sensus gradatim reviviscunt ; quondam perstat sopor, quondam recedit, & paulo post denuo redit ; corpus resolvitur, idest afficitur, vel paresti, vel paralyti, vel hemiplegiâ, vel etiam paraplegiâ, sed rarissimè.

NONNUNQUAM evenit vulneratum, concusso gravissimè encephalo, mortuum subito concidere. Unde hæc mors præceps ? An ex nervis encephali qui vehementer concussi & subtile fluidum repente coercentes in motus vitales languorem & quietem inducunt ? An ex eo quoddam repercussio spinalem medullam in sui principio lethaliter afficit [*] ? Ardua responsio. Erunt fortasse, qui cum Littrio pro causâ

(h) Ad locum contrasissuræ detegendum veteres cataplasma ex fatinâ fabarum, &c, capiti admovebant : quo cataplasmate post aliquot horas ablato, omni curâ totum caput lustrabant, considerantes num quis locus mollior esset & tumeret, vel plus solito ruberet : qui si talis inveniretur, huic subesse læsionem opinabantur. Hanc porro methodum, quæ non nisi in casibus humorum extra cranium effusorum, prodesse posset, facile supplebit Chirurgus tactu sagaci, quo vel leviolem intumesceniam percipiet.

[*] Scilicet ex observationibus & experimentis viroium magni ponderis colligitur, vulneratos statim mori, quibus spinalis medulla supernâ potissimum in parte quomodocumque fuerit offensa.

mortis subitaneæ encephali subsidentiam habere malint. Habeant, per me licet; si modò observatio (i) a Littrio laudata, quæ quidem in specie suâ unica est, eorum oculis veritatis luce fulgeat.

UBI encephali concussio non adeò valida fuerit, tunc vel ruptis vasis, humores effunduntur; vel obstructione factâ aut aliâ de causâ, alicubi sub durâ matre vel in ipso encephalo nascitur inflammatio, dein suppuratio, &c. Suppurationis symptomata lento gradu incedunt. Arteriarum pulsus inæqualis fit ac citatior; æger pulsatili dolore ac fixo in quâdam determinatâ capitis parte laborans, illam continuò manu tangit; febricitat, inhorrescit, ardentius sitit & flagrat; acriori capitis dolore incensus, in malum jacens, æstuat; delirat; mentis usu excidit; motibus convulsivis aut convulsione vexatur; alto sopore gravatus, toto proflat pectore somnum, & reliquis compressionis accidentibus opprimitur.

V I.

HUMORUM effusio vel primaria est vel secundaria. In primariâ, apoplexiæ symptomata se produnt, putâ, præceps

(i) Robustus juvenis carcere detentus, ut imminens crucifragium vitaret, quanto potuit impetu, capite ad parietem alliso, se puncto temporis interfecit. Littrius cadaver lustrans stupuit nullam læsionem apparuisse in capitis vertice quo impegerat in parietem. Serrâ discisso cranio, nihil omninò damni adnotatum fuit; sed encephalus non replebat exactè calvariæ cavum, ut solce, & totius encephali substantia solito firmior visu tactuque fuit deprehensa. Cæterum nulla reperit vasa rupta; nihil sanguinis effusi. Concludit tamen repentinam illam mortem non nisi in encephali subsidentiam ex vehementi concussione ortam refundi oportere. Act. A. R. S. P. an. 1705. Quis potrò hanc insignem subsidentiam, nullis ex piæ meningis, quæ vel cum sinibus & durâ matre, vel cum ipso encephalo connectuntur, ruptis vasculis, concipiat? Littrii observationem conferas cum aliis, in quibus adnotatur homines ab allisione illicò interiisse; nusquam leges encephalum vi concussionis a calvariâ ullatenus retractum fuisse subsidendo. In plerisque ob allisum vehementer caput subito extinctis, nihil læsionis in cerebro conspicuæ animadversum fuit. Sic Morgagnus testatur viri capite ad pavementum vehementer alliso confestim mortui cranium & cerebrum nullum peculiare ostendisse ictûs indicium, De Sed. Epist. VIII, art. 15.

&

& repentina sensûs ac motûs voluntarii deletio ; mentis læsio ; stertor nec libera respiratio ; faciei & oculorum rubor & inflatio ; pulsus vehementior & celerior ; sopor altus & sæpè continuus ; &c ; mors tandem evenit. In secundariâ , symptomata sensim sine sensu & intervallis non æquis accrescunt : torpet æger ; tarditatem ad musculares motus exercendos & omnium ferè sensuum hebetudinem experitur ; sopore afficitur & expergefactus tenebrosâ vertigine corripitur : quibus omnibus succedunt paralytis , hemiplegia , delirium , &c.

EFFUSIONIS sedes non in uno eodemque loco semper constat. Humores ex ossibus solutis intûs effluentes duræ matri semper insident , modò nulla huic continui solutio contigerit. Tunc porrò varii compressionis effectus lentè consequuntur , si præsertim renitens dura mater osseæ tabulæ pertinaciter adhæret , si nervorum principium ab effusione remotius est ; lentiùs adhuc emergent , si tenuioribus ex vasculis tenuissimæ guttulæ sensim lentèque destillant , si sanguis effusus paucis horis concretus orificium soluti vasis occludit. Effectus prædicti citiùs subsequuntur in statu adverso. De reliquis effusionibus inter meninges , cerebrum , cerebellum , &c , idem iudicium , cæteris aliunde paribus , feratur. Cùm igitur ex compressione effectus plus minùs veloci consequantur ; non est cur mireris , quandòque accidentia longè post percussione aegrum inopinantem & jam ictûs oblitum , enecare.

V I I.

SEDEM læsionis in capite latentis nullâ unquam insigniori ac tutiori notâ deteges , quàm si videas paralyti unam corporis partem obsideri : & hoc signum quod læsionem in cerebri latere opposito latitare demonstrat , Hippocrates disertè docuit his verbis ; *capite vulneratos impotentes fieri , si in dexteris fuerit vulnus , in sinistra parte ; si verò in sinistris , in dextrâ*. Quod quidem ita quotidie ab omnibus observatur , ut instar dogmatis constantis & indubitati haberi debeat.

Ad huius-ce phænomeni rationem exponendam , nervos

B

decussari, eamque decussationem infrà medullam oblongatam queri oportere censuerunt artis Magistri. An jure? an immerito? patebit ex modò referendis. Si Aretæum audimus; dextri nervi in dexteram partem secundum rectum usque ad extremum non progrediuntur; sed ab initio enati protinus ad oppositos transeunt, se invicem in figuram hujus litteræ X permutantes (*k*). Si Santorino (*l*) & Petito illi, Medico Namurcensi dicto, (*m*) credimus; hæc nervorum decussatio in utràque priore posterioreque annularis protuberantiæ crepidine & in imo medullaris caudicis quo in spinalem abit, potissimum percipitur. Non tennes quidem decussari fribillas, sed validos earundem fasciculos in adversa contendere se conspexisse testantur. Quibus tamen observationibus Cl. Morgagnus non omnimodam fidem adhibere videtur (*n*). Hic enim in octo cadaveribus rimam, quæ inter pyramidalia corpora descendit, diduxit: in tribus nihil vidit: in reliquis planè conspexit in rimæ fundo aliquas medullares fibras in transversum duci, vixque in uno paucas & quidem subobscurè decussari deprehendit. Nihil quidquam in rimâ alterâ, quæ huic opponitur, certius invenit. Quin imò anteriorem annularis protuberantiæ crepidinem in sex cadaveribus attentè inspectavit: nihil usquam in duobus, in uno transversas fibras, in cæteris ad summam angustioreque crepidinis sedem tenues dexteram sinistramque fibras conspexit inter se ad angulum convenientes: nùm verò inde in adversum quæque latus transirent, satis perspicere non potuit. Ex celeb. Hallero, rimâ diductâ, fibræ quasi medullares adparent, quæ a dextrâ columnâ medullæ oblongatæ in sinistram transeunt transversæ quidem; sed nunquam illas vidit decussari aut ad obliquos se secare angulos (*o*). Non desunt etiam alii viri in rebus Anatomicis perspicaces, qui illam nervorum decussationem nusquam animadvertunt. Si aliùs disquiras, fibras decussari non clariùs perspicies; nisi cum Lancisio (*p*) dixeris, in calloso

(*k*) De Caus. Diuturn. affect. Lib. I, cap. 7.

(*l*) Observat. Anat. cap. 3, parag. 4.

(*m*) Lettre Ire. d'un Médecin de Namur.

(*n*) Epist. Anat. 13 ad Valsav. n°. 20.

(*o*) Element. Physiol. tom. 4, sect. 3.

(*p*) Dissert. de Sede Animæ cogitantis.

corpore, si modò a retiformi vasorum contextu liberetur, apparere fibras inter se parallelas ac transversas, quæ alterno ductu a sinistro hæmisphærio in dextrum ventriculi fornicem & a dextero in sinistram protenduntur. Sed his-ce fibris scrupulosius inspectis, nonnisi tenues strias reperiēs, seu sulculorum, qui vasculis piâ membranâ obductis & calloso corpore transversim accumbentibus proximè respondent, medullaria culmina; haud absimilia crassioribus aliis culminibus, quæ in caudâ medullæ oblongatæ manifestè apparent quo in loco arteriolæ vertebrales in transversum ducuntur. Est ergò cur dubites, ne dicamus, neges, nervos memoratis in locis decussari; etsi nonnulli magis fortassè propositæ quæstionis explicandæ desiderio quàm ipsâ rei evidentiâ ducti, decussationem illam se vidisse confidenter jactitent. Verùm quidquid sit de hâc explicatione, phænomeni suprâdicti veritas non minùs certò constat, & ad locum læsionis in encephalo latitantis indigitandum planè sufficit. Si quid eâ de re scrupuli superesset, procul amanderetur consulendo tùm experimenta, tùm observata a peritioribus Artis Magistris.

Non inficiabimur tamen his-ce observatis quasdam alias (q) observationes videri primâ fronte repugnare, quibus nempe paralysis ipsi læsæ parti, non opposito lateri, respondere deprehensa fuit. Casus isti perrari theoriam nostram reipsâ non convellunt; quin imò cum principiis nostris non ita malè conciliari posse, quorundam ex illis effectibus enodatio satis innuit. Scilicet fieri potest, quod indicat ipse Valsalva (r), ut quamvis encephali hæmisphærium paralyti respondens magis vitiatum appareat, alterum tamen, in quo nulla sensibilis videtur læsio, reapse majori vitio teneatur: & illud egregio experimento comprobatur. Canis cui nervi cordis tantummodò stringuntur filo & statim solvuntur, moritur eodem modo ac si iidem amputati fuissent, licet illi rursus inspecti, in se nullam sensibilem læsionem ostendant. Quidni, inquit, in casibus indicatis suspicer, paralyti oppo-

(q) Leg. unam Observ. Foresti. Lib. 10, t. 1, & alteram Morg. Ep. an. 13, ad Vals. n.º. 25.

(r) Tract. de Aur. Hum. p. 69.

fitum cerebri hemisphaerium, quàmvis apparenter non affectum, tamen a quâvis causâ etiam adhuc ignotâ malè præ altero fuisse multatum. Alii sic rem expediunt. Cum fibræ plurimæ passim ex utroque cerebri hemisphaerio in medullam & illinc in nervos producantur, contigit aliquandò, quædam esse in hemisphaeriis loca ex quibus perfectæ fibræ sine ullâ decussatione rectâ in medullam nervosque procedant. Hinc optimè cogites, inquiunt, cur subjectum, non adversum corporis latus paralytis invadat.

ALTERO casu ne decipiaris; quandò v. g. vulnus in tegumentis capitisprehenditur, & paralytis idem corporis latus vulneri subjectum occupat. Si vulnus solummodo spectes, jam nostra hæc doctrina nutare videtur; dissectis omnibus verò peractis pristinum robur recuperat, ut patet ex notis infra positis (f). Igitur probatum manet hosce obscuriores casus doctrinæ assertæ solâ specie, non verò reapse opponi. Unde efflorescit illud theorema Saliceti: quoties alicui caput vulneratum fuerit, ita ut inde paralytis contingat, si læsio dextram capitis partem tenet, sinistram corporis partem paralytis oblidebit; & contra.

Huic phaenomeno alterum non rarò conjungitur, nimi-

(f) Leg. duas Observat. Morgag. primam quæ habetur. Epist. an. 13 ad Vals. n° 16, & alteram quam retulimus, not. parag. 3, observ. primâ. Hisce adde hanc nostram.

Dum juvenis in lapidicinâ operabatur, in ipsius bregma sinistram gleba gelu concreta ruit. Mortuum credidisses, nisi quod in manu sinistra levis motus advertebatur. M. Couravoz olim hujus-ec Collegii Chirurgus exercitissimus, (cujus erga me benevolentiam nulla unquam delebit oblivio), secundo die accersitus depressionem in medio bregmatis sinistri percipit; & sectione tegumentorum institutâ plures fracturas ejusdem ossis comminutas, & rimas huc & illuc protensas videt, fragmenta in cerebrum adacta elevar, &c. &c. Duabus horis ab hac operatione, cui præsens aderam, elapsis, vulneratus nonnihil balbutiebat, continuo sopore gravatus tantulum tamen manum sinistram movebat. Tertio die omnis artuum motus disparuit ac demùm quarto die interiit. Calvariâ apertâ nihil sanguinis sub fissuris effusi invenimus: sed in parte oppositâ seu dextrâ juxta petrosum processum non modica sanguinis copia concreti inter duram & piam meningem restagnabat, huicque posteriori tenacius adhærebat. Hâc dissectione doctrina superioris allaudata planè confirmatur.

rùm dùm a cerebri vitio latus alternum resolvitur, adfectum latus unà convulsivis agitatur motibus. Evolvat observatorum monumenta, cuius interest plura cognoscere (1). Sed inter illa quæ extant exempla, aliqua reperire est in quibus convulsiva partis vulneri oppositæ agitatio adnotatur, aut si fortè pars corporis læsioni cerebri adversa resolvitur, pars læsioni respondens perinde & resoluta motibus convulsivis afficitur.

COGNITO jam encephali latere læso, superest solvendum problema, quânam in hujus - ce lateris parte læsio hæreat: an in anteriore: an in mediâ: an in posteriore. Petitus Namurcensis sæpiùs deprehendit, & observatis Chirurgicis & experimentis circâ bestias tentatis, artuum resolutionem sequi, si ipsum hemisphærii medium, imprimis verò corpus striatum vel leviter comprimitur, vel alio modo afficitur; paralytim autem tardius accidere, si causa comprimens anteriorem aut posteriorem cerebri lateris partem magis afficit. Demùm ex variis casibus quos Autores recensent, colligi potest causam paralytis brachii in anteriore cerebri parte habitare; cruris in posteriore; brachii verò simul & cruris resolutionem a mediæ partis hemisphærii læsione plerùmque suboriri.

(1) Vir contundente ferro ad sinistram capitis partem percussus cecidit quidem, sed illicò surgit. Aliquot febris accessionibus prægressis in sinistra corporis parte convulsivi adnotantur motus, in dexterâ autem paralytis. Paucos post dies mors secuta est. Cranio ferrâ discisso, inter duram & piam meningem pus effusum reperit Morgag, partes verò cerebri dextræ sanæ erant. De Sedib. Epist. LI, art. 27.

Pedissequi bregma dextrum lapidis ictu percussum fuerat. Postero die latus corporis læsioni capitis respondens convulsione correptum fuit, adversum verò, hoc est, latus sinistrum paralyti, &c. Lambert, *Comm. sur la Carie*. Perrarò evenit, ut convulsionibus prehendantur artus in vulneribus capitis. Plerique observatores de motibus convulsivis potissimum mentionem faciunt; quiquidem motus a convulsione in eo discriminantur quòd sint contractiones violentæ, invitæ & interjectâ quiete, alternatim cessantes redeuntesque; convulsionem verò sint contractiones etiâ invitæ, sed stables & constantes.

Infiniti essemus, si omnia ejusdem speciei observata hic recensere-mus. Eâdem de causâ non hic exscribemus duas observationes modò allatis adversas, quæ leguntur apud Morgagnum de Sedib. Ep. LI, art. 11 & art. 45.

U^t læsionis sedes deregatur, non semper est expectanda paralytis, quæ sæpè sæpius non nisi tardè se prodat. Alia habes signa priora & notatu digniora: omnium ad instar hæc duo præcipua accipito: 1°. motum spontaneum quo quandòque vulneratus veluti instinctu mechanico ad certam & fixam capitis partem manum defert (*u*); hic nempe morus procul dubio a dolore pender, juxtà vulgare adagium, *ubi digitus ibi dolor*: 2°. decubitus specialem quo plerùmque vulneratus in latus capitis læsioni interiori subiectum præ reliquis reclinare amat; cujus quidem affectati sitis hæc ratio nobis probabilis videtur, quòd sic gravitationis nisum a quo cerebrum liberatur, omnino calvaria sustineat. Huc accedit, quòd contrassura & sanguinis inter utramque meningem effusio, hæc semper, illa aliquando, in loco parti percussæ adverso delitescat. Unde cognito percussione loco, eodemque probè examinato, necesse est deinceps ut oppositus attentè consideretur.

I X.

CEREBELLUM lædi, præ reliquis signis vivida admodum & præter solitum acris sentiendi vis admonet (*x*).

(*u*) Vidimus mulierem quæ cum in partem bregmaticæ dextri posticam lapsa fuisset, ad latus coronalis sinistrum ictu directè adversum manum continuò deferebat. Perterebratum fuit dextrum parietale; sed nihil sanguinis ibi effusum erat. Chirurgus quidam de hoc manûs spontaneo motu seriùs admonitus, coronale perterebrat & non modicam sanguinis copiam in loco manu designato & inter utramque meningem reperit. Avicenna posuit tactum cum manu pro signo læsionis loci cui applicatur manus, sive æge sit in bono intellectu, sive non.

(*x*) Quod comprobatur una Cl. Petiti Namurcensis observatio & altera Cel. Peyronii; in quâ refert Petrus militem vulneratum plumbeo globo qui cerebelli sinistrum lobum trajecerat, horas vixisse tres & quadraginta, & per illud tempus sanæ mentis quandoque fuisse, sæpius subdelirio laboravisse; semper agitatione astantem, se in lecto huc & illuc vertentem, brachia & crura sine intermissu jactantem; sensu tam acuti præditum in omnibus corporis partibus, ut quâvis parte contactâ, statim & subito illam retraheret quasi punctione aut adustione læsus fuisset. . . . Ex Peyronio totum cerebellum viri cujus sensus acerrimus fuerat, in membranam convertebatur quæ corpus involvebat

Quam plurimi non hanc sensilitatem acriorem, sed subitas & validissimas totius corporis convulsiones, in modum arcus contorsiones & nervorum trepidationes adnotarunt. Aliiprehenderunt crebrum incubum, pulsam intermittentem, syncopem, lypothimiam frequentem; aliqui pulsus tenfos, vibratos, nunquam febriles, inferioris utriusque artus debilitatem tantam, ut neutro amplius possint ægri insistere.

X.

QUAMDIU Chirurgis ad symptomata conferenda minus attentis vera tam gravis mali sedes non constitit, de ægris per ictus reperiçssos vulneratis conclamarunt. Sed nostrâ hæc ætate, quâ observatio & experientia ad insigniorem perfectionis gradum proveçta est, de hoc malo non ita desperanter judicatur. Sedes læsionis, collatis & pensatis variis symptomatis coindicantibus, sæpè numero detegitur: quâ detectâ, jam in prognosi & curatione nihil negotii difficilius occurrit, quàm in læsionibus locum percussum afficientibus. Primum ergo studium in diagnosi ponendum. Caput perlustret Chirurgus; diligenter inquirat, *per quid vulneratum sit, quid homo fecerit cum vulneratus fuerit, nùm bilem vomuerit, nùm obmutuerit, nùm sine sensu quasi dormiens jacuerit*; demùm alia symptomata, communia æquè ac specialia jam suprà recensita, consideratiùs perpendat. Si pars læsa nec visu percipi, nec sagaci tactu explorari potest; si nullus tumor apparet, vel locus mollior; si quâ capitis parte ictus exceprus fuerit, nullo deprehenditur indicio, &c; tunc illi-
tiones administret Chirurgus, vel fofus cephalicos applicet; accidentibus præsentibus mederi conetur & futuris prospiciat. Primum attendat in quàm potissimum capitis partem decumbere ægris conveniat; si quidem tradit Valsalva ægros, cum moverentur & in hemiplegiæ latus decumberent, utrinque resolutos fuisse: nec supino capitis situ recubare sinat; quâ in positurâ, sanguinis motus intrâ sinus laterales longè

ex glandulis duris pulque continentibus compactum. Cum hæc sensilitas acerrima, prout ab autoribus relata, non phænomeni cujuscpiam ex aliquo partium studio conficti speciem præ se ferat, sed ex sincerâ & candidâ ipsius facti veritate quasi sponte nascatur; digna sanè tibi videbitur cui tanquam signo diagnostico fidem omnimodam habeas.

magis solito retardaretur ; cum ejus sint structurae , ut sanguis cogatur fursum ascendere , priusquam devenire possit ad locum descensus sui in venam jugularem. Deinde celebret sanguinis missiones , ut vasa minus graventur & distendantur , ut sanguis liberiùs in circulum cieatur , tandemque facilius pateat liquidorum resorbtio extravasatorum. An verò in brachiis , an in pedibus , an in jugularibus sectio venae instituenda ? Adhuc sub judice lis est. Quidam cautiore & ne hepatis abscessibus ansam præbeant reformidantes , sanguinem e pede non detrahunt ; alii omnibus in casibus vulnerum capitis saphenam felici cum exitu secant ; alii quandoque jugulares incidunt. Ut ut sit , sanguinem mittas e venâ amplâ & exteriori , primùm largiùs exemplo veterum (y) , dein parciùs pro vulnerati viribus , aliisque aliud jubentibus circumstantiis.

Post aliquas sanguinis detractiones nonnunquam evenit , ut quidquam obtineatur in accidentium remissione. Vulneratum interroga , quâ capitis parte doleat , &c ; symptomata , eorum momentum & numerum maturiùs perpende. Si quo tempore vulneratus fuit , conciderit velut exanimis , si lethargo aut apoplexiâ correptus fuerit ; gravem commotionem judica. Tum prout , aliquot diebus a percussione elapsis , aderunt suppurationis symptomata , putà rigor febrilis , dolor pulsabilis , &c. ; calvariâ , si irrita sint alia media , perfora in loco percussio , sive adsit fissura , sive non ; & incide duram meningem , ut saniei liberior pateat exitus. At verò cum ex symptomatis præsentibus , putà sensûs imminutione , stupore in nervoso genere , gravi ferreoque somno citrà febrem , &c , sanguinem effusum conjectabis ; si nulla spes resorbtionis affulgeat , in loco ictui

(y) Juvenis lapsus bregmatis os sinistrum lapidi validè impeggerat : aderat contusio , sed nulla cranii fractura. Septimo die febris valida , delirium , inflammatio magna , tumor ingens totius capitis , faciei & colli ; loquelæ , visûs , deglutionis difficultas. Octavo die detractis duodecim sanguinis uncias , cum Paræus non hodie vocatus videret pessima hæc symptomata non remittere , & juvenem valere viribus ; quadraginta & duas uncias sanguinis de venâ misit ; decimo die duodecim ; undecimo quindecim ; sicque æger intra quatridduum ultra octoginta uncias amisso sanguine , a tam periculoso malo integrè sanatus est. Lib. 10 , cap. 10.

opposito

opposito terebrationem institue, ut sanguis inter crassam tenuemque meningem effusus educatur: ipsum etiam encephalum incide, si conjectandi gravis adsit ratio, læsionem in ejusdem substantiâ latitare. Hæc autem non nisi de commotione (z) aut de ictûs in encephalo percussione intelligi debere præmonemus.

Nunc verò de contrahissurâ solâ dicendum. In instanti ictûs nullum ferè symptoma notabile se prodit; sed paulatim & sensim sine sensu accidentia compressionis, ob effusos super duram matrem humores, manifestantur. Tunc vel locum compressum & dolorificum manu denotat vulneratus; vel in unam potius quàm in alteram capitis partem reclinare affectat; vel paralytis aliquam corporis partem obsidet. Hoc in rerum cardine nihil non prudenter attendendum est, nihil non scrupulosè pensitandum. Ex suprâdictorum promptuario medium quo contrahissuræ sedem detegas, procul dubio depromes. Incisis tegumentis, fissurâque detectâ, in omnibus ferè casibus, prout fieri poterit, cranium perterebrandum est.

Cui volupe erit animum ampliori rerum ad hanc praxim Chirurgicam necessariorum suppellectili explere & satiare, adeat ille sacra artis præcepta ab excellentissimo & nunquàm apud nos intermorturo viro M. Quesnay tradita de terebratione in casibus dubiis (&); memineritque fracturas, non solum ut signa, sed etiam ut causas, terebrationem postulare.

(z) Operæ pretium ducimus lectorem hic admonere, nos in totâ passim hac dissertatione, ubi de commotione agimus, hoc nomine non aliud intellexisse quàm illum encephali statum in quo functiones ejus perturbantur & depravantur; commotionem a concussionem ut effectum a causâ distinguimus.

(&) Act. Acad. R. Ch. P. Tom. I.

Has Theses, DEO JUVANTE, & præside M. JOANNE-BAPTISTA-GUILLELMO FERRAND, Facultatis Artium & Chirurgiæ Magistro, e Regiâ Chirurgiæ Academiâ, antiquo Anatomæ & Chirurgiæ in Scholâ practicâ Professore, Regiæ Scientiarum, Humaniorum Litterarum & Artium Academiæ Rhotomagensis socio, nec non Imperialis Apathistarum Academiæ Florentinæ socio extraneo, tueri conabitur FRANCISCUS CHOPART, Parisinus, in almâ Universitate Parisiensi Præclaræ Facultatis Artium Magister, Theses Auctor.

+ Purelure, Dintendence

PARISIIS,
IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,


*Die Sabbati 21^a mensis Julii, a sesqui-secundâ post meridiem
ad septimam, anno R. S. H. 1770.*

PRO ACTU PUBLICO
ET
MAGISTERII LAUREA.

Typis P. AL. LE PRIEUR, Regii Chirurg. Collegii Typographi,
1770.

A series of horizontal wavy lines, possibly representing a signature or decorative flourish. The lines are dark and ink-like, set against a light, textured background. The top line is the most prominent, followed by several shorter, more horizontal lines below it. The overall impression is that of a stylized, handwritten mark.

Min



ORATIO

habita in Regio Chirurgorum Schola, die 21^a mensis
Julii, anno 1770, a F. Chopart, Antimo Liberalium
Magistro, et Regio Chirurgia Collegii Candidato,
pro actu publico et magisterii laurea.

Ex disciplina cujus libet utilitate, si profectim
cum honestate conjuncta sit, *Auditores Omnes*,
laus omnis ipsius estimanda est. Quot igitur et
quantis encomiis Chirurgiam extollendam esse non dixe-
rimus, cujus non tam ex antiquitate, et si mundo fere
totiva, quam ex continuis ipsius ad nostra usque tempora
progressibus constat utilitas?

Scilicet quemadmodum diei lux primum quidem
exigua, seorsim sive deorsum magis magis que effuldescit
donec ad summum celi culmen Sol sublimior perveniat,
sic chirurgia primum in exordiis non nisi debiles quondam
emittebat igniculos, ex quibus lapsis temporum lux
splendens tandem erat eruptura. et certe tamem inde
colligere, *Auditores*, omnia jam exevulstrata;

4 nos quoque esse nunc veluti in medio fossus sphaera centro
collocatos, ex quo ambitus omnes uno quasi intuitu facile
conspiciantur. Ea est enim ut hominum, sic et rerum
universum humanarum sortis et conditio, ut semper
superest quidquam quod in ipsis desideretur. Erramus
itaque, si arbitramur nos Chirurgiae summum apicem
attingere. Multum quidem in hac nobili palatrina
hactenus progressi sumus; verum ab ultima ejus meta
inmensum adhuc distamus intervallo; neque sumus aliquando
eiusque progressuri, ut aequemus unquam columnas
illas herculeas, quibus legitur inscriptum
— non plus ultra —

Quod sane facito suo consensu Academia ipsa
gratulus confirmare, dum improbo labore, egregiis
conatibus et sepius emulis in hoc munus intendit,
ut Chirurgiae limites, etsi jam valde remotos, magis
ac magis in dies profundat. Sic Benefactoris sui et
Benefactoris (1) Nuper elatus sustinet; qui non modo
dum vivebat, suis ingenii viribus illam illustraverat;
sed etiam post obitum, relictis quibus non modicis, eandem,
ut ita dicam, aeternare quodam modo voluit.

Et hanc quidem tanti Viri tutelam domere bar
procul dubio Chirurgia, pro Hospitali Scientia, Artis et
Praxeos titulo, quo, quidquam dixerint malevoli, non

innumeris gloriatur. In quantum Scientia est, Solis⁵
iustas, suapte natura producit Arti: quatenus Ars, iustas
Oculi ex sese cautevet, nisi scientia radiis collustraretur:
prout demum Praxis est, Manu iustas, caeco ruet
impetu, nisi Artis ductu dirigeretur.

Scientia Chirurgica nativus sane studis et
meditationis, observationis et experientiae fetus, exquisitam
profecto corporum generatim, Animalis Economiae, morborumque,
medicis et internis et externis curandarum, cognitionem
compulsum. Hinc Physica quantum patet, Botanica,
Chymia, Anatomia, Physiologia, Pathologia sunt
ipsa prima Chirurgiae elementa, quibus nec imbu
lente, nec mediocre iustas debet quis quis Candidatus
ad nobilem hanc disciplinam non ignobilis anhelat.

Ex hujus porro scientiae fontibus derivantur
saluberrima quoque praecipta, quae Chirurgicam Artem
constituunt, et ea collimant omnia, ut sagaci medicorum
investigatione, preparatione diligenti, opportunaque
pro circumstantiis administratione, morbi curentur omnes
et radice hinc evellantur.

Quid quid vero in Chirurgia Artis est, quid quid
Praxeos, id omne ex Scientia emanare si quis.

⁶ inspicere; is forsan, Subjecta oculis Selecti cuius-
= priam exempli evidentia, efficacius, quam omni
argumentorum apparatu, revincetur.

Dirige tibi calculum certe motu in Vesica (conversile)
cujus naturalia munia praejudicat. Ecce tibi Pathologia
suggerit hoc Artis praeceptum. *Quid quid extraneum
corporis spontaneum non est, id omne, fides eliminandum.*
Chirurgus, si modo, sit peritus, lustrando varias Scientiae
partes inquirat, quae porit optimam viam hoc praeceptum
Artis exequi. Botanicam et Chymiam nequaquam
interrogaret: ecquid enim inde responsi acciperet? Consulta
animalem Oeconomiam: audiet calculum ejus modi non
posse per ductus naturales egredi; indeque ad Vesicam
incidendam induetur. An autem superne, an inferne
Vesica incidenda? Quenam è partibus vicinis ferro
laesenda? Quenam religiosis protegende? Dubium
solvet Pathologia: docebit quantum periculi ex lesis
quibusdam partibus imminet, notabit quo quibus
proximum in loco sit incisio celebranda. Opus est
instrumentis? Brevis est Physica; eaque ex inexhausto
Mechanica promittunt non modo deponet instrumentum
illud, quod partium incidendarum conditioni quam maxime
sit accommodatum; verum etiam quibus aptissimis

medicis sit calculus extrahendus, declarabit. Extracto jam
ope Lithotomia felicitate calculo, non dormitat Physiologia;
cumque probe sciat, hanc vesicae et urinarium partium
solutionem esse contra naturam; huic incommodo medetur,
expuerentia duce, quâ notum est, partes recius divisas
si modo sibi mutuo admotae iunctae se invicem aliquandiu
detineantur, a naturâ uniri, ac profuso agglutinari. Quod
si denique quaedam accidentia superveniant, quae
medicamentorum usum protulerunt; eis tibi porrigunt
manus Chimia ac Pharmacia, atque ex medicamentis
exquisitis ea praebeant, quibus efficacius accidentia
debellantur.

Igitur ex diversis Scientiae ramis varia Artis precepta
efflorescant; Praxis vero preceptorum et Executio ex
Scientia Artisque principiis omnino religata pendeat.

Ecce omnes Viri clarissimi qui per singulos Chirurgiae
recessus faciem aliquam protulerunt, nunquam eo resplen-
= duerunt lumine, nisi ex reconditis Scientiae
cognitionibus quas penitus combiberant, viridos illos quos
vibrabant radios fuissent autem mutuati. Nemo sane
facile crediderit, vel unum hominem unquam existisse
qui solâ innatâ ingenii vi, nullâ comparatâ Scientiâ,
hujus Artis progressus promovere protulerit. Adeo rerum

illud est, ignoratis palmaribus illis Sicutis principis
que natura arcana revelant, nullâ humanâ industria
attingi, necum potendi possunt, Chirurgia limites. Non
nisi his instructi propediis Pavei, Digei, Peyronii
et Petiti eò usque celebratis progressi sunt.

(1) D. — neque Tibi assentari videar, *Vir Spatissime, (1)*
Delamachius quo auspice hinc prodeco, quo Primario Regis Chirurgo,
sevationibus tanquam altero Placenate, tota gaudet regi Chirurgia
Regis Confilio et universa Gallia gloriatur: neque Tibi, inquam, —
etiam assentari videar, si se hinc precelebri clarissimorum
Sivorum choro annumerem, quibus ea dos omnis
abundè adfuit, quâ se Chirurgo palam ac publicè
profiteantur. Scilicet eo se suspicimus laudum splendore
præfulgentem, ut dubium facias et ambiguum, uter
alterum, an titulus se, an tu titulum magis deores
atque cōmones. Equis enim nescit, quò usque nostrâ
hâc ætate progressa fuerit, se promovere, Chirurgia?
Eâ omni quâ potes apud Regem dilectissimum, gratiâ
non uteris, nisi ut ei Arti prois, quæ, cum ad generis
humani salutem conducat, non probari non potest Regi
populorum amantissimo. Tu operi quod Celeberrimus
Decessor tuus. (2) inceperat, nec potuerat mittere —
Delapeyronne.

9

meritis absolvere, manum ultimam imposuisti, non multo
minorem tandem inde consecutus, ac si ipse met creator operis
existisses. Tu providisti, ut Regni praecipuis in urbibus Scholae
Chirurgiae stuerentur, nostraeque hanc in urbe provinciae
selectis Chirurgiae Doctores pateret Schola Practica; —
quorum ut progressus alacrius excitaret et promoveret, etique
in partem laudis cremeret Inspector ille Scholae magnificus,
(1) annua praemia probationibus alumnis ex suo distribuenda
voluit. Tu tum huic Collegio, tum Regiae huic Academie,
quibus non ita pridem pristinus splendor restitutus fuerat,
ultimum hunc velut cumulum adjecisti, ut litteris Regis
viciis efflagitatis et impetratis, hospitium fixum asseveres,
in aeternum et Regiae magnificentiae et propensissimae tuae
erga Chirurgiam voluntatis monumentum. Tot ac tantis
in Chirurgiam collatis a te beneficiis concitatus ego temperare
non potui, quin te cuius rogarem ut hos qualescumque
studiorum meorum fructus (2) offerri tibi, dicavi et —
voveri non dedignareis: cui meo voto cum libens —
annueris, grator et memores pro tanto beneficio animi mei
sensus referam, nulla unquam oblivione delendos.
Neque vos silentio praetermittam, Chirurgo Regiae
Scholae Praefecto, qui me Candidatum in iniuncto

¹⁰ illo tantummodo meorum curiulo reseratum, Saluberrimo
Consiliorum et documentorum adminiculo ad hancce Magisterii
Lauream quasi manum perduxistis.

*(1) D. Goussaut pro-
positus per
actis de
orthologia et
omnium morbis.*
Appellabo sane Reuerendissimum illum Chirur-
gi primarii
Legatum (1); qui cum me de Pathologia factisque
practicis interrogaret, observata et inventa sua, exquisitos
maturioris ingenii fontibus, eâ mecum communicavit ordinis
ac methodi perspicuitate, quâ menti meâ acie præsentia
semper observarentur.

*(2) D. fabre
propositus per
actis de
orthologia et
omnium morbis.*
Dicam quoque clarissimum illum Pathologie
Professorem (2) nuper electum; qui quaecumque de omnium
morbis ex me quæsit, eo collustravit præceptorum
lumine, quo mihi de hoc præutili argumento nihil amplius
desiderandum super erat.

*(3) D. Sabatier propositus
per actis de Anatomia.*
Non proteribi Lyncæum illum Anatomicæ Professore(m)
(3) qui in rebus Anatomicis non minùs perspicax, quàm
in Chirurgiis oculatus, dum mecum quasi innatâ sibi;
seu interrogat, seu corrigit, amoeniori uoluntate de
Anatomia disserbat, plane ostendit quanti intèret
hâc Scientiâ recte instruendum, quisquis non
innævito se Chirurgum proficere vellet.

*(4) D. Louis
propositus per
actis de operationibus
Chirurgicis.*
Non etiam silebo Virum illum Celeberrimum
(4) Academiæ Secretarium perpetuum (4), qui omnium
operationibus Chirurgicis.

ore celebratur, quem appellare laudare est; qui, cum
me Coram Magistris hujus Collegii quarentem induisset, ex
varis querendi rationibus, quas tantopere in pluribus persequeretur, nihil
quod in meum commodum vergeret, me latere voluit.

In partem quaque laudis veniet meritorius ille Academicus (1) D.
pro extraneo Secretarius (1); qui, cum me de medicamentis Bordenave
tentaret, id effecit, ut magis magisque intelligerem, quam propositus quod
utilis esset ad opportunam in curandis morbis Chirurgicis et praesentibus de
medicamentorum adunitionem et administrationem non Medicamentis.
mediocri in Chimia et Pharmacia exercitatio; qui hanc
sua urbaniori interrogandi ratione quam omnes tantopere
amant, id quod maxime amare, obtinuit, ut ex ipsis
interrogatis appropria responsa quasi sponte nascerentur;
qui quae singulari modestia, nivea morum candore, aurea
vita honestate ac summa in rebus Chirurgicis sagacitate,
apud omnes se praestitit adeo commendabilem.

Neque Tu jura grati ac meritis aucti significat =
: Hinc cavebis, Consiliare Regis in Castelletto Chirurgi
(1); qui omnibus erga me, dum apud Te manerem, - (1) D.
tum Magistri in Discipulum, tum alterius quasi Patris
in filium, pro sua humanitate defunctus officio, me ad
omnes hujus Collegii Magistros ducere, me apud ipsos

¹²
Commendare, ut in hoc a Collegium cooptaver, ne quasi-
juriculi corporis in omnibus tentaminibus jurare non venisseti.
Favet Deus immortalis, ne in hoc hodievo industria mea
periculo quidquam de tam dilecti Magistri laude discipuli
culpa detrahat!

Jam vero quae hodie de capite per ictus reperiuntur
Capite habetur a nobis disputatio, ex eadem profectò
numerosa est, quarum pauciora sunt principia, ut aiunt,
positiva. In id potissimum incubui; ut quae parum
apud probationes observatores sparsa leguntur, hic in
unum quasi collectas locos oculis subjicerem, ex quibus
quae ad praxim Chirurgicam maxime faciant, conjectura
deducantur.

Non me latet hodievum hoc argumentum plenum
esse salubris ~~facultat~~ difficultatis; à quo sane profus-
abstinuissem, nisi hoc primum exisset animo, quod -
cum iis adversariis (1) rem errem habiturus, qui me
edocere quam impugnare, vinci quam vincere mallet;
nisi novos etiam spiritus hoc alterum addidisset, -
quod meo adhibitus esset lateri ille Professor (2), cujus
illustre tum ingenii, tum doctrinae specimen in
disputationibus apud Academiam depositis consignatus.

(1) Magistri
argumentatur. D. D.
Dorstenave, Valentin,
Dortvegan, Cuslin,
Pegivile, ~~Gruck~~

(2) D. ~~Hermand~~

Vos autem, *Auditores Ornatiissimi*, me vesfautem
 in tanto discrimine sustinete, quæso, et solita vestra benivo-
 -lentia, benignis que aspectibus recreate, ut tam difficilis functus
 examine non omnino inglorius abeam.

Disce

